



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 170/11/L

## HISPANIÆ

Instante Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Antonio Maria Rouco Varela, tunc Archiepiscopo Matritensi et Præsidi Conferentiæ Episcoporum Hispaniæ, litteris die 21 mensis februarii 2011 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, textum *latinum* et *hispanicum* orationis collectæ atque Liturgiæ Horarum in honorem Sanctorum Petri Poveda Castroverde et Innocentii ab Immaculata Canoura Arnau, presbyterorum, et sociorum, martyrum, prout in adiectis exstat exemplaribus, perlibenter probamus seu confirmamus.

Conceditur, insuper, ut celebratio eorundem Sanctorum martyrum in Calendarium proprium Hispaniæ inseratur, die 6 mensis novembris gradu *memoriæ* quotannis peragenda.

In textu imprimendo mentio fiat de approbatione seu confirmatione ab Apostolica Sede concessa.

Eiusdem insuper textus impressi duo exemplaria ad hanc Congregationem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 12 mensis septembris 2014, in commemoratione Sanctissimi Nominis Beatæ Mariæ Virginis.

(Antonius Card. Cañizares Llovera)  
Præfectus

(✠ Arturus Roche)  
Archiepiscopus a Secretis

# MISSALE ROMANUM

6 novembris

**Sanctorum Petri Poveda Castroverde,  
Innocentii ab Immaculata Canoura Arnau, presbyterorum,  
et sociorum, martyrum**

**Memoria**

**De Communi martyrum: pro pluribus martyribus.**

## **COLLECTA**

Deus, Pater noster,  
qui sanctos Petrum et Innocéntium, presbýteros,  
ac sócios, mártynes,  
Matre Dei adiuvánte, imitatóres Christi  
usque ad effusiónem sánguinis effecísti,  
concéde, quaésumus, ut, eórum exémplo et intercessióne,  
fidem verbo operibúsque fírmiter profitéri valeámus.  
Per Dóminum.

# LECTIONARIUM

6 novembris

**Sanctorum Petri Poveda Castroverde,  
Innocentii ab Immaculata Canoura Arnau, presbyterorum,  
et sociorum, martyrum**

Memoria

De Communi martyrum.

- LECTIO I**            **Ap 12**, 10-12a: «*Non dilexerunt animam suam usque ad mortem*». Ego, Ioannes, audivi vocem magnam in caelo... *12 usque ad habitatis in eis.*
- PSALMO RESP.**    **Ps 125**, 1-2ab. 2cd-3. 4-5. 6  
R/. (5): Qui sémant in lácrimis, in exsultatióne metent.
- ALLELUIA**        **Io 12**, 25b: Qui odit ánimam suam in hoc mundo,  
in vitam aetérnam custódiét eam.
- EVANGELIUM**     **Mt 10**, 28-33: «*Nolite timere eos, qui occidunt corpus*». In illo témpore: Dixit Iesus apóstolis suis: Nolíte timére...

# LITURGIA HORARUM

6 novembris

**Sanctorum Petri Poveda Castroverde,  
Innocentii ab Immaculata Canoura Arnau, presbyterorum,  
et sociorum, martyrum**

**Memoria**

Sancti Petrus, presbyter diocesanus et fundator Instituti Teresiani, et Innocentius ab Immaculata, religiosus e Congregatione Passioni Iesu Christi, primitiae sunt multitudinis sanctorum beatorumque martyrum, qui, episcopi presbyterique religiosique et laici, Christo summum testimonium amoris praebentes, inter annos 1931 et 1939 in Hispania, persecutione contra Ecclesiam grassante, in odium fidei interempti sunt.

**De Communi plurimorum martyrum.**

**Ad Officium lectionis**

**LECTIO ALTERA**

Ex Sermónibus sancti Augustíni, epíscopi

**(Sermo 325, 1-2: PL 38, 1470)**

**In natali martyrum**

Quoniam dies sanctorum martyrum est, unde potius aliquid delectet nos dicere, nisi de gloria ipsorum? Adiuvet nos Dominus martyrum, quia ipse est corona eorum. Voce martyrum audivimus paulo ante beatum apostolum Paulum praedicantem: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Ista vox est martyrum: *Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Propter te morte afficimur tota die, deputati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos.*

Haec est vox martyrum, omnia tolerare, et de se nihil praesumere, illum diligere qui glorificatur in suis: *ut qui gloriatur, in Domino glorietur.* Noverant et illud quod nos cantavimus paulo ante: *Laetamini in Domino, et exultate, iusti.* Si iusti in Domino laetantur, iniusti non noverunt laetari nisi in saeculo.

Sed ipsa est prima acies debellanda: primo vincendae sunt delectationes, et postea dolores. Quomodo potest superare mundum saevientem, qui non potest superare blandientem? Blanditur hic mundus, pollicendo honores, divitias, voluptates: minatur hic mundus, intentando dolores, egestates, humilitates. Qui non contemnit quod pollicetur, quomodo superare potest quod minatur? Habent delectationem suam divitiae: quis nesciat? Sed plus habet delectationis iustitia.

Et quidem praetermisit omnia, quibus blanditur mundus; et te voluit commemorare, cui blanditur mundus. Quare? Quia certamina martyrum praenuntiabat,

illa utique certamina, ubi vicerunt persecutionem, famem, sitim, egestatem, ignominiam, ad extremum timorem mortis et hostem saevissimum.

Sed videte, fratres, quia totum ars Christi facit. Admonet nos Apostolus, ut praeferamus caritatem Christi mundo. Quantas angustias patiuntur, qui volunt rapere res alienas? *An persecutio*, ait? Et ipsa non frangit. Avarus dicit in corde suo, qui forte non audet in lingua sua: Quis nos separabit a cupiditate auri? Tribulatio? an angustia? an persecutio? Possunt et avari dicere auro: «Propter te occidimur tota die».

Optime ergo dicunt sancti martyres in Psalmo: *Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta*. Discerne, inquit, tribulationem meam: tribulantur et avari. Discerne angustias meas: patiuntur angustias et avari. Discerne persecutiones meas: patiuntur et avari. Discerne famem meam: pro auro acquirendo esuriunt et avari. Discerne nuditatem meam: pro auro despoliuntur et avari. Discerne mortem meam: pro auro moriuntur et avari.

Quid est: *Discerne causam meam? Propter te morte afficimur tota die*. Illi propter aurum, nos propter te. Similis poena, sed discreta causa. Ubi discreta est causa, ibi certa est victoria. Si ergo causam intuemur, solemnitates martyrum amamus. Amemus in eis, non passiones, sed causas passionum. Nam si amaverimus passiones tantum, multos inventuri sumus qui peiora patiuntur in causis malis.

Sed causam attendamus, crucem Christi attendite; ibi erat Christus, ibi erant et latrones. Similis poena, sed dissimilis causa. Unus latro credidit, alius blasphemavit. Dominus tamquam de tribunali inter ambos iudicavit: illum qui blasphemavit, in tartarum damnavit; alterum secum duxit in paradysum. Quare hoc? Quia etsi aequalis poena, sed impar erat causa. Eligite ergo martyrum causas, si vultis pervenire ad martyrum palmas.

## RESPONSORIUM

cf. Mt 5,44-45.48; Lc 6,27

**R/.** Dilígite inimícos vestros, benefácite his, qui odérunt vos, et oráte pro persecúentibus et calumniántibus vos, \* Ut sitis fílii Patris vestri, qui in caelis est.

**V/.** Estóte ergo perfécti, sicut et Pater vester caeléstis perféctus est. \* Ut sitis.

**Oratio, ut ad Laudes matutinas.**

### Ad Laudes matutinas

**Ad Benedictus, ant.** Multitúdo ingens mártýrum in amóre fraternitátis pérstitit, quia unus spíritus et una fides erat in eis.

### Oratio

Deus, Pater noster, qui sanctos Petrum et Innocéntium, presbýteros, ac sócios, mártýres, Matre Dei adiuvánte, imitatóres Christi usque ad effusióem sánguinis effecísti, concéde, quaesumus, ut, eórum exémplo et intercessióne, fidem verbo operibúsque fírmiter profitéri valeámus. Per Dóminum.

### Ad Vesperas

**Ad Magnificat, ant.** O beátam Ecclésiám nostram, quam gloriósus mártýrum Christi sanguis illústrat!

# MISAL ROMANO

6 de noviembre

**Santos Pedro Poveda Castroverde,  
Inocencio de la Inmaculada Canoura Arnau, presbíteros,  
y compañeros, mártires**

**Memoria**

**Del Común de mártires: de varios mártires.**

## **COLECTA**

Dios, Padre nuestro,  
que a los santos Pedro e Inocencio, presbíteros,  
y compañeros, mártires,  
con la ayuda de la Madre de Dios,  
los llevaste a la imitación de Cristo  
hasta el derramamiento de la sangre,  
concédenos, por su ejemplo e intercesión,  
confesar la fe con fortaleza, de palabra y de obra.  
Por nuestro Señor Jesucristo.

# LECCIONARIO

6 de noviembre

**Santos Pedro Poveda Castroverde,  
Inocencio de la Inmaculada Canoura Arnau, presbíteros,  
y compañeros, mártires**

Memoria

Del Común de mártires.

**PRIMERA LECTURA** **Ap 12**, 10-12a: *«No amaron tanto su vida que temieran la muerte».*

Yo, Juan, oí una gran voz del cielo... *12 hasta* y los que moráis en sus tiendas.

**SALMO RESP.** **Sal 125**, 1-2ab. 2cd-3. 4-5. 6

R/. (5): Los que sembraban con lágrimas cosechan entre cantares.

**ALELUYA**

**Jn 12**, 25: El que se aborrece a sí mismo en este mundo,  
se guardará para la vida eterna

**EVANGELIO**

**Mt 10**, 28-33: *«No tengáis miedo a los que matan el cuerpo».*

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus apóstoles: – «No tengáis miedo...

# LITURGIA DE LAS HORAS

6 de noviembre

**Santos Pedro Poveda Castroverde,  
Inocencio de la Inmaculada Canoura Arnau, presbíteros,  
y compañeros, mártires**

## Memoria

Los Santos Pedro, presbítero diocesano y fundador de la Institución Teresiana, e Inocencio de la Inmaculada, religioso pasionista, encabezan la multitud de santos y beatos, obispos, sacerdotes, consagrados y laicos, que dieron a Cristo el testimonio supremo del amor, martirizados en odio a la fe en España, entre 1931 y 1939, durante la persecución religiosa contra la Iglesia.

Del Común de varios mártires.

## Oficio de lectura

### SEGUNDA LECTURA

De los sermones de san Agustín, obispo.

(Sermón 335, 1-2: PL 38, 1470)

### *El significado del martirio*

Tratándose de la fiesta de los santos mártires, ¿de qué podemos hablar mejor que de la gloria de los mismos? Ayúdenos el Señor de los mártires, puesto que él es su corona. Hace poco escuchamos al bienaventurado apóstol Pablo que pregonaba el grito de los mismos mártires: *¿Quién nos separará del amor de Cristo?* Tal es el grito de los mártires. *¿La tribulación? ¿La angustia? ¿La persecución? ¿El hambre? ¿La desnudez? ¿Los peligros? ¿La espada? Porque está escrito: «Por ti somos mortificados todo el día y considerados como ovejas de matadero». Pero en todas estas cosas vencemos por aquel que nos amó.*

Éste es el grito de los mártires: soportarlo todo, no presumir de sí mismos y amar a quien es glorificado en los suyos, para que *quien se gloríe, se gloríe en el Señor*. Ellos conocían también lo que hace poco hemos cantado: *Alegraos en el Señor y exultad, justos*. Si los justos se alegran en el Señor, los injustos no saben alegrarse más que en el mundo.

Pero éste es el primer ejército que hay que vencer: primero hay que vencer al placer y luego al dolor. ¿Cómo puede superar la crueldad del mundo quien es incapaz de superar sus halagos? Este mundo halaga prometiendo honores, riquezas, placer; este mundo amenaza sirviéndose del dolor, la pobreza y la humillación. Quien no desprecia lo que él promete, ¿cómo puede vencer sus amenazas? Las riquezas causan su propio deleite; ¿quién lo ignora? Pero la justicia lo tiene aún mayor.

El Apóstol pasó ciertamente por alto todos los halagos del mundo, y quiso que los recordases tú, el halagado por el mundo. ¿Por qué? Porque anunciaba de antemano los combates de los mártires; aquellos combates en que vencieron la persecución, el hambre, la sed, la penuria, la deshonra y, por último, el temor de la muerte y al más cruel de los enemigos.



Mas considerad, hermanos, que todo es obra del arte de Cristo. El Apóstol nos invita a preferir el amor de Cristo al del mundo. ¿Cuántas estrecheces han de pasar quienes quieren robar cosas ajenas? ¿La persecución? Ni la persecución los quiebra. El avaro dice en su corazón lo que quizá no se atreve a decir con su lengua: ¿Quién nos separa de la ambición del oro? ¿La tribulación? ¿La angustia? ¿La persecución? También los avaros pueden decir al oro: «Por ti somos llevados a la muerte día a día».

Con razón, pues, dicen los santos mártires en el salmo: *Júzgame, joh Dios! y distingue mi causa de la de la gente malvada*. Distingue, dijo, mi tribulación, pues tribulaciones las sufren también los avaros. Distingue mis angustias, pues las sufren también los avaros. Distingue mis persecuciones, pues las sufren también los avaros. Distingue mi hambre, pues, con tal de adquirir el oro, la sufren también los avaros. Distingue mi desnudez, pues por el oro se dejan desnudar también los avaros. Distingue mi muerte, pues por el oro mueren también los avaros.

¿Qué significa: *Distingue mi causa*? *Por ti somos llevados a la muerte día a día*. Ellos sufren todo eso por el oro, nosotros por ti. La pena es igual, pero distinta la causa. Si la causa es distinta, la victoria está asegurada. Por tanto, si miramos a su causa, amaremos estas fiestas de los mártires. Amemos en ellos no sus sufrimientos, sino la causa de los mismos; pues, si amamos solamente sus sufrimientos, encontraremos a muchos que sufren cosas peores por causas malas.

Pero fijémonos en la causa; mirad la cruz de Cristo; allí estaba Cristo y allí estaban los ladrones. La pena era igual, pero diferente la causa. Un ladrón creyó, otro blasfemó. El Señor, como en el tribunal, hizo de juez para ambos; al que blasfemó lo mandó al infierno; al otro lo llevó consigo al paraíso. ¿Por qué esto? Porque, aunque la pena era igual, la causa de cada uno era diferente. Elegid, pues, las causas de los mártires si queréis alcanzar la palma de los mártires.

**RESPONSORIO**

**cf. Mt 5,44-45.48; Lc 6,27**

**V/.** Amad a vuestros enemigos, haced el bien a los que os odian y rezad por los que os persiguen. \* Así seréis hijos de vuestro Padre que está en los cielos.

**R/.** Sed perfectos, como vuestro Padre celestial es perfecto. \* Así seréis.

**La oración como en Laudes.**

### **Laudes**

**Benedictus, ant.** Una multitud innumerable de mártires perseveró en el amor fraterno, porque tenían un mismo espíritu y una misma fe.

### **Oración**

Dios, Padre nuestro, que a los santos Pedro e Inocencio, presbíteros, y compañeros, mártires, con la ayuda de la Madre de Dios, los llevaste a la imitación de Cristo hasta el derramamiento de la sangre, concédenos, por su ejemplo e intercesión, confesar la fe con fortaleza, de palabra y de obra. Por nuestro Señor Jesucristo.

### **Vísperas**

**Magnificat, ant.** Oh dichosa Iglesia nuestra, ennoblecida por la gloriosa sangre de los mártires de Cristo.